UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Zodicus

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Qui Bauium non odit: amet tua carmina Meui.

Aſinius Pollio adeo fuit infenſus nomini Ciceronis, vt eius laudes audire nequiuerit. Nam cum Sextilius poeta carmen hoc retuliſſet: *Deflendus Cicero, patriaq; ſilentia lingua*: Aſinius ea re permotus, audire vlterius noluit.

Hyarbita Maurus, dum Timagenem philoſophum inter pocula declamantem vellet imitari, & non poſſet, inuidia crepuit. *Hor. libr.* 1. *Epiſt.*

Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua:
Dum ſtudet Vrbanus, tenditq; diſertus haberi.

Zodiacus.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Zodiacus, Græce ζωδιακός eſt circulus cœleſtis, in quo 12. ſigna ſunt, quæ ſol ſingulis annis percurrit. Latine ſignifer dicitur. Vide Etymol. triling. Lugdun. *pag.* 919. 920.

Aſtronomi circos ſeu circulos cœleſtes vndecim numerant, cælum ambientes. Hi circuli ſunt Lacteus, Zodiacus ſeu ſignifer, Æquinoctialis, duo coluri, duo Tropici, duo Solares, Meridianus & Horizon. *Macrob. lib.* 1. *in Somn. Scipion cap.* 15.

Circulus cæleſtis eſt linea ambiens Sphæram, ac veluti ſemitam faciens, per quam lumen vtrinque diſcurrit, & inter quam vagantium ſtellarum error legitimus coercetur. *Macrob. lib.* 1. *in Somn. Scip. cap.* 14.

Zodiacus *ſenſibilis* eſt circulus maior, obliquus, conſtans ſua latitudine, ſectus in duodecim partes ſeu ſidera, quæ vocantur Signa: vel in duas medietates, quarum altera dicitur Auſtrina, altera Septentrionalis: ſub quo ſtellæ erratilæ perpetuò mouentur. Huius obliquitatem nouiſſe, Plinius ait eſſe, rerum fores aperire, *lib.* 2. *ca.* 8. Hunc circulum prolixè deſcribit Manilius, lib. 1. ex quo paucos verſus lectori propono.

Sed nitet ingenti ſtellatus Baltheus orbe,
Inſignemq; facit cælato lumine mundum,
Et ter vicenas partes patet, atq; trecentas
In longum; bis ſex lateſcit faſcia partes,
Quæ cohibet vario labentia ſidera curſu.

Horum verſuum ſenſum Manilii interpres eruditiſſimus Scaliger aperit, pag. 56. editionis Pariſienſis. Dicitur autem Zodiacus, Macrobio teſte, lib. 1. in Somn. Scip. cap. 21. à ſignis, quæ circa eum ſunt, ζώδια Græcis, quaſi ſignifer. Aratus ἀπὸ τῶν ζώων, à figura animalium quæ in illo conſpiciuntur, videtur denominaſſe. Illa (diſticho comprehenſa)

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo:
Libraq;, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces.

Fortaſſe Zodiacus ἀπὸ τῆς ζωῆς, à vita, quod ſol per hanc Cæli faſciam vectus lumen viuificum creaturis præbeat & ſit zoophoros, id eſt, non tantum ſignifer, verum etiam vitæ lator & dator, ut experientia conſtat. De eo Virgilius libro 1. Georg. & Ouidius. Metam. libro 2.

Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes
Zonarumq; trium contentus fine, polumq;
Effugitq; Auſtralem, iunctamq; Aquilonibus Arcton.

Zodiacus, aſtronomis *imaginarius* dictus eſt circulus maior, obliquo meatu ambiens octauam Sphæram, & cum eadem mobilis, per propriis polis deſcriptus, ita vt & duobus locis Æquinoctialem interſecet ad angelos obliquos, tangatque vna parte tropicum Cancri, ex altera tropicum Capricorni in vno puncto: habens item longitudinem ſectam in duodecim ſigna, ſeu duas medietates, & latitudinem, tribus lineis parallelis comprehenſam, quarum media vocatur Ecliptica, diſtatque ab vtraque extremitate octonis graduum naturalis.

Soc.tis Jesu Paderbornae

Imaginantur autem hunc circulum ex motu ſolis præcipuè, quo ex meridie progreditur ad Septentrionem, quotidie ferè vnum gradum in hoc circulo abſoluens, & triginta diebus prope integrum ſignum percurrens. Dicitur obliquus, propter obliquum ſitum inter polos mundi. Nam altera eius medietas ad Arcticum, altera ad Antarcticum declinat: vt ſolis & lunæ curſus oſtendunt. Quo enim plures gradus in Septentri[illegible] propius ad polum & [illegible] noſtrum verticem [illegible]

Imaginario illo autem [illegible] ſenſibili aſtronomica ſchola vtitur, prop[illegible] quo ſtellæ fixæ ab occaſu ad ortum, iuxta [illegible] grediuntur, ſuamque declinationem muta[illegible] ci, ſeruata eadem ſemper latitudine. Nam [illegible] dines mundi ac poli mouentur, & puncta Æqui[illegible] ſtitiorum mutantur. Reliqua videat lector ſtu[illegible] nomos.

SENTENTIAE POETICAE.

Virgil. 1.

Obliquus qua ſe ſignorum verteret ordo.

Ouid. lib. 1. Metam.

Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes,
Zonarumq; trium contentus fine, polumq;
Effugit auſtralem, iunctamq; Aquilonibus Arcton.

Zonæ.

DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

SENTENTIAE POETARUM.

Zona aſtronomis dicitur tractus Cœli vel terræ inter circulos parallelos, ex quinque, ab illis enumeratis, & inter mundi polos comprehenſus. In cæleſtes & terreſtres, zonæ [illegible] micæ diuiduntur. Quinque ſunt zonæ cæleſtes: duæ, Septentrionales, quarum vna περίσκιος eſt, altera ἑτερόσκιος: duæ meridionales, itidem vna περίσκιος, altera, ἑτερόσκιος: & vna inter [illegible] ἀμφίσκιος, eaque latiſſima. Vulgo hæ zonæ nomina à [illegible] bus ſortitæ ſunt: quæ cum nullæ ſint in cælo, neque etiam immediatè ſimpliciterque proueniant aut excitentur, [illegible] iſtis appellationibus vti maluerunt, quibus veteris, doctrinæ vſi ſunt.

Tractus *Septentrionalis* periskerios, eſt tractus ille cæli, qui comprehenditur inter polum mundi Septentrionalem, & [illegible] cum circulum, qui quidem eſt idem cum tropico Solſtitiali [illegible] ter parallelam diſtantem ab Æquatore gradibus 66. ſcrupulis [illegible] catur Periskios, quia Sol, quando principium cancri ob[illegible] cum horizontem mouetur, & radios ita ſpargit, vt vmbr[illegible] tractu circum circa in orbem proiiciat. Heteroskios verò, [illegible] ille, cæli qui comprehenduntur inter tropicum Solſtitialem [illegible] cticam zonæ periskiæ. Dicitur heteroskios, quoniam in [illegible] radii ſolares proiiciunt vmbram meridianam in eam tantum [illegible] di partem quæ ad polum ſpectat.

Tractus *Meridionalis* periskios eſt tractus ille, cæli, Septentrio[illegible] nali periskiæ oppoſitus, qui inter polum mundi meridio[illegible] circulum antarcticum continetur, qui quidem cum tropico [illegible] li idem eſt. Sicut autem in Septentrionali illo tractu, [illegible] circa ſparguntur, Sole ingreſſo principium Cancri, [illegible] ſito loco vmbræ circum vndique proiiciuntur, Sole [illegible] malem obtinente. Zona meridionalis ἑτερόσκιος eſt [illegible] ctus qui continetur intra tropicum brumalem & circu[illegible] cticum regionis periskiæ, in quo vmbræ Meridianæ [illegible] teram mundi partem, verſus polum antarcticum, pro[illegible] tur.

Zona ἀμφίσκιος eſt tractus cæli comprehenſus inter [illegible] Solſtitialem & Brumalem, in quo vmbra meridiana [illegible] latera proiicitur. Nam Sole ingreſſo Capricornum, vmbra [illegible] na verſus Septentrionem proiicitur: eodem ingreſſo Cancri [illegible] bra Meridiana verſus meridiem ſpargitur. Medium hanc [illegible] Æquinoctialis dirimit: quem cum Sol habet, nullam de [illegible] nam vmbram proiicit. Vnde homines ſub Æquatore habitantes [illegible] cuntur ἄσκιοι. Bis autem hoc illis accidit. Illis verò qui [illegible] habitant, ſemel tantum quotannis vmbræ perpendicula[illegible] dunt. Vide Strabonem in fine *lib.* 2.

De Zonarum differentiis *D. Baſilius homil.* 6. *in* [illegible] dies longiſſimi ſunt, inquit, in quibus vmbræ cadunt [illegible] mæ: & rurſus breuiſſimi ſunt dies qui vmbras ſpargunt [illegible]

PC
POLYANTHEA
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN